Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



O eus qui mirabilit creasti hominem et mirabilior redemisti.
da nobis eius consortes oblectamenta peccati mentis ratione pellere.
Ut meremur ad gaudia eterna peruenire. P. Lectio sancti.
In diebus illis. Factum est in uigilia matutina. et ecce respiciens
dominus super castra egiptiorum per columpnam ignis et nubis. interficiens
exercitum eorum. et subuertit rotas curruum. ferebantque in profun
dum. Dixerunt ergo egiptii. Fugiamus israhelem. dominus enim pug
nat pro eis contra nos. Et ait dominus ad moysen. Extende manum tuam
super mare ut reuertantur aque ad egiptios. super currus et equites
eorum. Cumque extendisset moyses manum contra mare. reuersum est per
mo diluculo ad priorem locum. fugientibusque egiptiis occurrerunt
aque. et inuoluit eos dominus in medius fluctibus. Reuerseque sunt aque.
et cooperuerunt curruus et equites cuncti exercitus pharaonis.
qui secuti ingressi fuerant mare. nec unus quidem superfuit
ex eis. Filii autem israel pertranierunt per medium sicci maris. et aque eis
erant quasi per murum. a dextris et a sinistris. Liberauitque dominus
in die illo israel. de manu egiptiorum. Et uiderunt egiptios mortu
os super litus maris. et manum magnam quam exercuerat con
tra eos. Timuitque populus dominum. et crediderunt domino. et moysi
seruo eius. Tunc cecinit moyses et filii israel. carmen hoc domino
et dixerunt. ℣ Cantemus domino gloriose enim
honorificatus est equum et ascensorem eius proiecit in mare
adiutor. et protector factus est mihi in salutem. ℣ Hic deus
meus et honorabo eum deus patris mei et
exaltabo eum. ℣ Dominus conterens bella domi
nomen est illi. Oremus. Deus
auus antiqua miracula presenti quoque seculo ostendisse